



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 15. Imperatoris sententia hac super re

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1442.

§. XV.

Imperatoris sententia.

Verum post crebras disceptationes, multaque consilia, jam probata, jam iterum rejecta, tandem Fridericus respondit, aliud Concilium omnino esse celebrandum; mittendos nuntios Basileam ad Patres, & Florentiam ad Eugenium, qui super loco & tempore deliberarent: interim vero, Germanos neutri parti, ut hactenus factum, adhæsuros: Cum vero Basileenses conquererentur, quod *neutralitatem*, ut vocabant, nec Cæsar, nec Principes observassent, eo quod nuntios ad Eugenium, non itidem ad Felicem mittere decrevissent, Imperator placatis eorum animis, Basileenses ad sua redire jussit, pollicitus, se rem sedulo ponderaturum. Quo responso accepto, illi prima die Septembris Basileam reversi sunt, cunctaque Francofordiæ gesta Patribus exposuerunt.

§. XVI.

Decreta in Conventu Francofordiensi condita.

Imperator Provinciæ tranquillitati consulturus, edicto publico prohibuit, ne quisquam occasione schismatis in Beneficii sui possessione quovis pacto turbaretur,